

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Über Abt Frowin von Engelbert - Cod. St. Blasien 105

Steinegger, Fintan

[Einsiedeln oder St. Blasien], [18. Jahrh.]

Fintan Steinegger, Epistula seu Dissertatio secunda loco professionis Beati Frowini Abbatis Angelomontani ad ... Mauritium van der Meer Rhenaugiensem, Einsiedeln 1785.

[urn:nbn:de:bsz:31-55186](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-55186)

1

Epistola seu Disertatio
Secunda,

De loco Professionis Beati
Frowini

Abbatis Angelomontani
Ad Cl. D. J. Mauritium vander Meer
Rhenaugiensem.



[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and mirroring.]

[Handwritten text on the right edge of the page, partially visible. It appears to be a list or index of entries.]

2

Viro Clarissimo Mauricio
Vander Meer
P. Fintanus Steinegger
S. P. D.

Ut telam, quam orditus tecum pau-
cis ab hinc annis fueram, tecum quaque per-
ficerem, Vir clarissime! hanc etiam alteram
de B. Frovino epistolam nomini tuo, per
quam mihi venerando, inscribendam duxi.
Constitueram quidem primo apud animum
meum, ad ipsum Celsum Sanblasianum --
novas haec, et levioris forte momenti, notas
dare, quod perspecta mihi dudum Principis ve-
re illustrissimi humanitas singularis que erga
omnes etiam infimos clementia esset. Verum
re tandem maturius ponderata, cum indecens
fore crederem, si homo ignotus, nec vocatus,
ausu adeo temerario in Viro principis Concla-
ve importunus irrueret, eumque vel ad momen-
tum

Sum a suavissimis Suis Musis avelleret; ad se
denuo, utpote impolitis meis jam abjectum,
hanc quoque epistolam dirigere, eo tamen pac-
to, volui, ut, si eam tu indignam, quae a quo-
piam alio viro docto legatur, judicaveris,
in reconditum aliquem musci tui Angulum,
linearum aliquando pabulum futuram, abi-
icias.

In ea igitur non alium mihi scopum pro-
posui, quam ut, quae Illustrissimus Gerbertus
in sua eruditissima Silvanigra historia de
B. Frowino mihi vel reliquit, vel suggestit,
dubia tibi aperirem, tuoque, si ve quorum ear-
que aliorum judicio erodanda subicerem.

Demonstraveram tibi jam in prima mea epis-
tola Scopulam, in quem Sanblasiani, a monu-
mentis suis decepti, adhuc impegerant, quod
nimiram Frowinum a^{no} primum = 1174.
quo cum adhuc apud S. Blasium degisse ex jis-
dem suis monumentis certo credebant, in e^o Montem
Angelorum postulatam fuisse afferent; quam La-

Labili enim, nec dicam, nullo hac assertio fan-
 damento nitetur, ex Angelomontanis monumen-
 tis tibi ostendi, qua aperte Beatum suum Tro-
 winum a^{no} jam = 1148. Monti Angelico abba-
 tiali dignitate profuisse docent; ex quo plane
 inferendum, certo que statuum videtur, Trowi-
 num hunc Engelbergensem, ulpote a^{no} = 1148.
 jam Abbatem, ab illo Trovino Carblasiano, anno
 = 1148. apud D. Blasium ad huc privato Religio-
 so aliam omnino existisse; Adeo que anonymos
 illos Scriptores, qui Seculo 14.^{to} res Carblasianas
 e circibus conquirebant, reperiendis potius multis
 rebus, quam inquirenda veritati studuisse, cum
 ambos hos viros, nomine certe et a^o aequales, con-
 stant, atque unum eundem que fuisse existi-
 marunt.

Persepsit argumenti hujus vim Celsus S. Bla-
 sii Praeful, cui tu epistolam illam meam submiseras;
 quam proinde ut elideret, aut minueret saltem, ex-
 roris hujus Chronologici causam culpam que
 omnem in dicto suo opere pag: 422. in Carblasia-
 narum Tabularum pictorem quemdam confert,

Qui

qui Ordinem cifrarum posteriorum inverterit, atq[ue]
pro initio regiminis Abbacialis B. Frowini contra
eandem Scheda autographa Caspari II. annum
= 1174. posuerit, cum tamen in Tabulis Chrono-

logicis ejusdem Caspari an̄us = 1117. legatur.

Verum ut ingenue ac bona Illustissimi Viri
Veria, quod sentio, proferam, hęc responsi de-
clinasse potius argumenti iclam, quam redu-
disse, videtur. Contigisse quidem perfare jam,
ut per errorem ab auctorib[us], ne dicam pictoribus,
numeri chronologici in verso ordine scriberentur,
non pugno; nec inficio, imo contendo, etiam
hic loci ab alteratio, vel a pictore nempe illo,
vel a Casparo II. eodem modo fuisse erratum:
cui autem re ipsa, an calamo, an penicillo, error
iste tribuendus sit, facile quisque perspiciet, qui
seposito omni partium studio ipsa antiquiora
Sanblasianorum monumenta consuluerit; ex
quib[us] solis diiudicari hic potest, et debet, uter
illorum recentiorum Chronologorum in suo cal-
culo erraverit; cum enim ad antiquiora semper

4

monumenta exigenda rerum, temporumque sa-
liones sint, et illa, quae Sanblasiana ea de re
habent, in eo omnia conveniant, ut initium Ab-
batialis regiminis B. Frowini ad annum
= 1147. referant, palam utique est, non picto-
ri, qui Frowiniana Postulationis annum ad
haec Tabulas conformavit, sed Abbati Cas-
paro, qui contra illarum fidem, adeoque con-
tra solam, quam sequi debuerat, et quam haud
dubie sequi voluerat, temporis regulam eam-
dem Postulationem ad annum = 1147. rejecit,
imputandus est. Et ne quis forte opinari pos-
set, etiam anonymum illum, qui Abbates e D.
Blasio ad alia Monasteria evocatos in catalo-
gum coegerat, hunc numerorum posteriorum
ordinem invertisse, praevertit huic et fugio ipse
auctor, omnemque de suis chronicis numeris du-
bitationem sublatae voluit, dum praeter annum
etiam Abbatem, sub cuius regimine haec Postula-
tio contigerit, Diepertum nimirum, indicavit,
qui Diepertus primum eo ipso anno = 1174.
Sanblasianam Abbatiam adierat; quod ipsum
novo iterum argumento est, non pictorem illum,
qui fideliter adeo et accurate hujus anonymi col-

collectoris chronologiam in Tabula Sua delineavit, Sed ipsum Abbatem Cassaram istos numeros invertisse, et ex inconsiderantia, non corrigendi illius anonymi annexo, 47. pro 74. scripsisse; Sierim hac numerorum inversione emendare errorem, quem anonymus ille revera contra certam historiae fidem commiserat, voluisset, dubium sane nullum est, quia notam aliquam, seu causam talis suae imutationis et correctionis fuisset adjecturus. Quare mirum non est, Cur in picta illa Tabula, qua omnium oculis erat exposita, a trecentis ferme annis Sanblasianorum nemo errorem aliquem vel deprehenderit, vel corrigendum duxerit, quamvis eam a Sui Abbatis Cassari Tabulis in chronicis numeris longe discrepare haud dubie multi ex eruditioribus adverterint; quod nimirum illam antiquis suis monumentis conformem cernerent, et idcirco illi praesens sui Abbatis fidem tribuendam esse judicarent. Thoviniana Tabula numeros chronologicos invertisse dicitur, nostra a chronico veterum Tabellarum errore petita Objectio diluatur; cum utique errore hujus pictoris, etiam si

Non itaque video, quomodo illa responsione, qua
pictor

Subsisteret, error chronicus aliquorum monu-
 mentorum nequaquam purgaretur. Neque
 etiam intelligo, quomodo eadem difficultas, siisset
 sublata, si pictoris tabula omni ex parte cum
 Casp. II. Tabulis convenisset. Nam cum San-
 blasiani precipuum suam argumentum, quo
 sibi debere Frovinum contendunt, non ab Abba-
 tis Casp. auctoritate, cui nos tempore aequa-
 lem et auctoritate forte graviozem Hartman-
 nam nostram jure opponeremus, sed ab eorundem
 veterum suorum monumentorum testimonio pe-
 tent; nobis laborandum de iis parum est, quae
 recentiores auctores seu collectores ea de re
 scripserunt; neque enim inde illis monumentis
 aut majus pondus, aut veritas aliqua accessit.
 Sed nostrae objectionis cornu ipsae illas antiquas Ta-
 bulas ferit, quae nimirum afferunt, Frovinum
 a. = 1174. e. D. Blasii in Montem Angelorum
 postulatum fuisse, cum tamen monumenta hujus
 Monasterii suum Frovinum eo tempore jam
 triginta circiter annis Monti Angelico praefuisse
 apertissime demonstrant; quo ex chronico errore
 quantum veterum illarum Sanblasianarum Ta-
 bularum fides labefactetur, cum jam alibi osten-
 detim

derim, et alias nemo non videat, placibus hic re-
tere Superfedeo, et ad Caspari correctionem, ne
quid praeterisse videar, redeo.

Emendavit ergo Casparus II. 1. ponamus enim,
illam vult animo corrigendi antiquas Tabulas Postu-
lationem B. Frowini in aⁿm = 1147. rejecisse:
emendavit, inquam, in suis chronologicis Tabulis er-
rorem hunc, seu verius dicam, ostendit, qualem
utcuq; aⁿm Anonymi illi Seculi 14^{ti} Scrip-
tores ad faciendam posteris fidem assignare
Frowiniana Postulationi debuissent. Emen-
davit tamen; Sed num ipsa hac correctio certa
adeo est, ut revocari in dubium nequeat? Li-
quet quidem ex charta Hermannii Episcopi Con-
stantiensis, anno = 1148. ad Frowinum data,
eum tunc jam abbatem existisse; ex quo tamen
nequaquam sequitur, ut aⁿo mox procedenti
adeam dignitatem eveclus sit, nec etiam ullum
in ea charta ejusmodi recentis regiminis Ves-
tigium conspicitur. Certe Samaritani in Se-
rie Abbatum Engelbergensium ea monumentis
Angelomontanis discerte affirmant, B. Frowi-
num jam aⁿo = 1140. ad Abbatiam vocatum esse:
et si Breve ab Innocentio II. Papa Engelbergen-
sibus

impertitum perpendamus, haud obscure conicere
inde nobis licebit, Feowinum probabiliter jam
año = 1149. illius Monasterij regimen sus-
cepisse.

Datum est hoc Breve Aº = 1142. Solis Fratri-
bus Angelomontanis, et quidem, ut ex eo perspi-
cuam est, ad eorum petitionem, quin nec nomen,
nec ulum aliud indicium alicujus tunc viventis
Abbatis in eo reperire sit; quod plane claro-
Argumento esse videtur, ~~Tunc~~ abbatialem tunc ^{T. Sedem}
extinctis jam, aut expulsiis tribus illis dilapi-
datoribus, qui post B. Adelhelmum eam fœ-
dabant potius, quam occupabant, vacasse;
cum res insolentissima, aut forte inaudita sit,
ut, in vivis adhuc agente Abbate, Litera Ponti-
ficis, aut alia charta publica, rerum ac
jurium monasticorum confirmatoria, Soli
Comunitati alicujus Monasterij, et non Simul
Abbati ac Fratribus inscripta unquam fue-
rint: vel si forte contra ipsum Abbatem expe-
dita ejusmodi Litera fuissent, non ex ipso Lite-
rarum Argumento vel nomen vel indicium saltem
aliquod accusati, et tunc viventis Abbatis de-
pre-

prehendi possit; nullam autem tale vel le-
vissimum indicium in istis Pontificiis Literis
apparet: Sed precipuum illarum argumentum
in eo versatur, ut intentatis gravissimis poe-
nis Fratribus caveant, ne ullus per vim aut
fraudem in Abbatiam se se inferret, Sed quem
ipsi Fratres juxta S. Benedicti Regulam
electuri essent, ceteris praeferret; neve ullg
Ecclesiam istam, vel ejus bona ac possessiones
quavis modo turbaret: Prohibemus quoque
1. Sicut verba Bullae: sed nullus vibi qualibet sur-
reptionis astutia vel violentia praeporatur, nisi
in quem Fratres secundum Deum et S. Benedicti
Regulam providerint eligendum. Signa
vigilari in futurum Ecclesiastica Secularis de-
Personae, hanc nostra Constitutionis paginam
sciens, contra campemere venire templaverit. . .
potestatis honoris que sui dignitate careat,
neamque Divino judicio existere de perpetua
viniq;bitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore
et Sanguine Dei et Domini nostri Redemp-
toris Jesu Christi aliena fiat. 2. Ex quo ite-
ram apparet, Fratres non aliam in finem hasce
Literas ab Innocentio Papa postulasse, quam ut

17
iis se contra omnem intentandam vim fraudemque
exteroram munirent; quod mirum videri remini
debet, qui novit, quam deplorandus etiam illa etia
se nos pene ubique obtinuerit, ut nobiliam, in primis
autem Advocatorum potentia, dolo, minis, aperta
que etiam vi Monasterium obtraderentur Abbates
qui ea dignitate vel ex hoc solo capite quam ma-
xime erant indigni, ac Monasterium Saxe Saxoniam
perniciem dabant. Tali vi ab obitu Adolphi
ad Friviam usque vexatos et oppressos fuisse
etiam Angelomontanos, vero mihi simile videtur.

Et si enim communis adhuc apud omnes, etiam En-
gelbergenses, viguerit opinio, tres illos, qui B.
Adolpho proximi successere, Abbates Solam eam
ob causam e numero ac serie Abbatum fuisse ex-
clusos, quod perverfis suis moribus injusta que
in omnibus pro lubitu agendi ratione ipsi se tali
honore indignos reddiderint, Monasterium que sibi
crediti evertores potius ac predatores, quam admi-
nistratores, fuerint: et eam proinde ob causam Fra-
tres, damnata horum suam memoria, Frivium
Ordine et electione alias quintam, ab Adolpho la-
men primum, sive secundum Ordine nominandum
decreverint: hac sane opinio, quod nimirum tres

istos Pseudabbates legitime electos admittere vi-
deatur, mihi non probatur. In primis enim adduci
non possum, ut credam, Adhelmum, primum re-
ligiosae illius colonia patrem, virum sanctissi-
mum regularisque disciplina etiam a Subditis
suis observanda studiosissimum, malam adeo ac
depravatam eduisse Sobolem, cujus major
pars, idque continuis tribus electionibus iam in-
dignis viris Monasterii disciplinaeque curam
committere voluerit. Multum quidem languescere
et labefactari solo illo ab obitu Adhelmi decennio
Subtam per excessus ducibus sacra disciplina vigorem
perdidiisse, non inficio: id tamen re ipsa quoad mayo-
rem saltem partem evenisse, non iam sollicita il-
lorum pro reparandis malis impensa cura, implora-
tumque pro afflictis suis rebus Summi Pastoris au-
xilium. Quod certe dissoluti et morum licentia
jam adfuerit monachi facere non solent. Quam ipse
Innocentij II. jam memorata littera ostendunt, in-
quibus ille optimam planam de ipsorum vita ac mori-
bus, sive ex sana sive ex eorum sibi perscriptis
querelarum capitibus conceptam opinionem de-
monstrat; sic enim ille in Bulla sua post imperitam
Fratribus Benedictionem prosequitur: "Ad hoc nobis

8

» Ecclesia cura à Summo Pastore Deo commissa est,
» ut Dei Servos paternis affectibus diligamus, et
» eo amplius studeamus ipsorum devotionem modis
» omnibus conservare, quo ferventius ipsi discipli-
» nis Ecclesiasticis et S. S. Patrum Regulis inherere
» noscantur. Tunc enim Deo gratus apostolicus
» impenditur famulatus, si Sanctorum Locorum Sa-
» lubris institutio, rigor et ordo nostris patrocinis
» in Religionis puritate fuerint conservata. Ea-
» propter dilecti in Domino filij! Vestris justis postu-
» lationibus clementer annuimus. Quae autem erant
» illa, quae justis hinc postulationibus Fratres ab In-
» centio ardentem ad eum petebant, nisi ea, quae Ponti-
» fex praefatis verbis mox subjungebatur? Ne quis vi-
» delicet in Abbatiam vi aut fraude intruderetur,
» Sed libera Abbatis electio per eos solos honorarij
» Fratres esset. Deinde quae fronte Religiosi-
» tatem ipsorum Abbatum memoriam damnare
» fuissent ausi, si ob vita licentiam eadem ipsi ig-
» nomia notari meruissent? Et quo demum jure
» illos ex albo Praelatorum expurgere, si ipsi spon-
» te et libere illos eo intulissent? Hac omnia, si
» recte perpendantur, clare nobis innunt, dictos tres
» Abbates non ab ipsis Fratribus electos, Sed vi po-
» tias aut fraude intratos fuisse, eamque ob causam
» merito indignos habitos, qui in legitimorum Abba-

Jam seriem inferrentur; adeoque primos illos An-
gelici Montis incolas eos non fuisse, quales Rod^{icus}
Dominicus Tschudius Auren^{sis} ex Sarrblasia-
nis Sabalis describit; ex quibus nimirum refert,
Frowinum Fratrum Engelbergen^{sem} institutum
pietatis ac disciplina vacuum offendisse; a qua
dissolatio^{nis} vite nota Salis eos vel ipsa B. Fro-
wini Postulatio purgat; Tales enim si fuissent,
certe tam Severum morum censorem nunquam pos-
sident. Quae cum longius forte, ac pariter,
nos a proposito nostro abduxerint, non tamen pro-
sas a re aliena esse existimo; cum non tantam
ad laudam B. Adelhelmi honorem, vindicandam
que nova illius Benedictine plantationis samam,
sed etiam et quam maxime ad investigandam, re-
periendam que propius Proviniana Postulationis
annum pertineant. In tam arripiti enim rerum
statu, in quem a temporum et hominum iniqui-
tate delapsos se Angelomontani cernebant, et ex
quo non aliter emerguros se sperabant, quam si
contra omnem tam juribus quam bonis suis infer-
endam deinceps violentiam Vaticani fulminibus
se se arment, quis sibi persuadeat, eos adeo vel
legnes, vel improvidos fuisse, ut nihilominus quingis

9

que adhuc integris annis, nempe a = 42. usque
ad 47. exspectarent, donec novo aut ex genio
electo, aut aliunde adscito Abbate rebus suis pro-
spicerent: ut adeo data quasi opera in eadem
honorum jactura diutius persistere, atque iisdem
se periculis exponere voluerint, que tamen pe-
titis illis pontificiis Literis procul a se propul-
sare tam sollicitè curaverant? Quam incertè
itaque diem ille Cassari II., quem huic Postu-
lationi assignavit, annus est? Quam veri simile
contra, si non certum, Angelomontanos statim
ab impetratis Innocentii Literis sive eligendo,
sive postulando Abbati, pristini sui Splendoris
reique domesticae futuro respiratori, animum
securio ac sine mora adiecisse? Verum quocumq[ue]
demum anno Frovinus in Montem Angelorum
vocatus fuerit, ipsum tamen revera e D. Blasii
Hercynia fuisse postulatum, constare ex Ange-
lomontanis monumentis, ait ex Bucclino Cha-
rissimus Gerbertus 1. Monig. pag. 423. 1 quo
cum monumentorum præcipuum sit Chronicon
quoddam, ipsius B. Frovini manu scriptum,
quod nunc in Monasterio Marense afferretur;
in quo nimirum de D. Blasii Monasterio quasi

de proprio, de illo vero Eremitarum, seu
Cella S. Meginradi veluti de alieno loqua-
lar. Confecta res, et sublata. De B.
Frowini Prolatione dubiam Omne videri
posset, si, quod de Chronici hujus manu dicto
Illustrissimo et Tibi certum adhuc visum fuit,
certam re ipsa esset. Quod cum diiudicari, nisi
ipsa Autographa conferrentur, non posse, Crederem
rem tandem meorum et Oculorum Testimonio
comperiturus, ipsam illud Chronicon Aureense
abs ejusdem Monasterii Bibliothecario perla-
strandum expetii, atque humanissima Celsissimi
mi Principis venia obtinui. Ex hujus igitur
Chronici cum nostris Autographis Frowini
codicibus facta collatione manifesto perspexi,
illud eodem quidem aeo a Sanblasiano quo-
dam, nequaquam tamen a Frowino, esse scrip-
tum. Id non tam literarum majuscularum no-
tarumque compendiariarum in utriusque codicibus
adparens diversitas, quam ipsa solius Scriptura
in utroque itidem opere patens dissimilitudo clare
demonstrant; cum Chronici manus nullo Fro-
winiana sit elegantior, ac per totum a Capi-
te ad calcem usque literarum forma, verborum

coherentia, Compendiorum notis, infusque
 atramenti colore sibi semper ita aequalis, ut
 Typorum nostrorum elegantiam, convenientiamque,
 non superet, aequet saltem; quae singularia
 scripturae Ornamenta in Frowinianis Codicibus,
 etsi et ipsi haud ineleganter scripti sint, frustra
 quaesieris. Ne tamen quisquam forte ex par-
 tiam aliquo studio caliginem oculis meis obduc-
 lam fuisse opinari possit, utrumque Codicem clarif-
 simo Dno Grandidiero, novissima Historia
 Ecclesiae Argentinesis eruditissimo Scriptori, atque
 elapso anno apud nos gratissimo hospiti, inspec-
 endum diiudicandumque proposui, qui mox
 ac apertos praeculis libros habuit, absque ulla
 hesitatione aliam ab alia longe diversam manum
 statim pronuntiavit. Hac Murensis Codicis
 cum nostro Autographo facta collatione nondum
 contentus, etiam alterum huius Chronici exem-
 plar, quod in Monte Angelorum afferuari in-
 tellexeram, nuper transmitti mihi curavi; quod
 cum iterum cum Frowini manu contuliffem,
 hanc ab eo quoque omnino diversam reperi, id
 tantum similitudinis tam in hoc Engelbergensi,
 quam in Murensi exemplari cum Frowiniana

manu animadvertens, quod ipsa aequalis ac rotunda
literarum forma ejusdem pariter Seculi sive
aetatis scriptorem proderet. Ex qua tamen
qualicunque manuum similitudine ac mirularum
literarum forma, quae illius aevi quasi propria
fuit, haec facile certus Libri scriptor delegi
potest, cum in hac rotunda literarum forma
serme omnes illa aetate scripti codices plus mi-
nusve conveniant; adeo quae ex aliis nobis in-
dicatis quae, cujusmodi supra de Murensi exem-
plo quadam indicavi, tolli, si fieri possit,
istud dubium debeat. Comparandum autem
hoc Chronicon nunc est cum alio magis ^{ioris} volu-
minis codice membranaceo, in quo chronica ver-
mina Bedae, Reginonis, Hermani Contracti, et alia
continentur. Et hunc codicem olim a nostro
Berchtoldo, postea Engelbergerensi Abbate, B.
Frowino pro libro in orationem Dominicam
grati animi ergo dono transmissum esse, versus
utriusque libro inscripti indicare mihi videntur.
Frowing enim, ut nosse, in fronte libri de Ora-
tione Dominica Berchtoldum suum hisce ver-
sibus alloquitur:

Nive

Vive, precor, Berchtoldo - - -

Hanc libram voti, nunc promissam tibi solvi.

Ius est, si sapias, gratias ut accipias.

Quibus familiariter eum officii sui aequalitatis que adnotare videtur; ut nempe pro proposita hac sua fide et ipse jam mutuo aliquo dono vicem redderet, gratamque se pro accepto beneficio exhiberet.

Atque hanc re ipsa gratiam sibi a Berchtoldo persolutam testari voluisse Frowinus censendus est, dum huic, de quo hic sermo, codici sua manu hanc versiculum inscripsit:

Hoc pie Christe datum Berchtoldi sit tibi gratum.

Quo sane ea, que in prima mea epistola de mutua horum virorum familiaritate dixeram, egregie confirmantur.

Si cui tamen hac omnia, quominus hoc Chronicon Frowino abjudicet, sufficere nondum videatur, alteram rationis momentum, quod tam mihi olim jam ex eodem Chronico objecerat, et quod nunc Cellensis Carolasianus in sua silva nigra historia prefato loco repetit, expendere hic, seu, ut rectius dicam, ei ex eodem ipso Chronico aliud momentum, quod istud penitus elisam iri puto, opponere jam libet. Loquitur, ajunt Carolasiani tecum, auctor hujus

Chronici de S. Blasii Monasterio quasi de suo:
de nostro Eixfeldensi vero veluti de alieno; ex quo
luce clarius demonstratur, ipsam Sancti Blasii
fuisse, et ad S. Blasium scripsisse. Hoc certe
non uro ex loco ita liquet, ut vocari in dubium
ne a ceco quidem valeat. Sed inde quid?
Nam propterea Chronici illius auctor Frowinus?
Quae de eo indicia in hoc Chronico? Uno vero
quam clarum indicium quoniam evidens argumen-
tum ex eodem eruitur, id non esse Frowinum? Lo-
quitur profecto, et vere, Chronici huius auctor
de S. Blasii quasi de suo, de nostro autem sicut de
nullis aliis Monasteriis veluti de alienis: Sed
quid, quod de Angelomontano quasi de sibi
Iam ad haec penitus ignoto omnino faceat?
Nanquid inde necessario colligendum, didum
Chronicon nedum non esse Frowinum, Sed ne ullam
quidem illius partem sub Frowino in Monte Ange-
lorum fuisse scriptam? Quid enim est, quod auctor
ille, cum non solum res Sancti Blasii, sed etiam
ab Imperatoribus Diplomata, Sed etiam aliorum
Monasteriorum acta tam diligenter in hoc suo
Chronico adnotet, de illo vero Montis Angelorum
tam aliam sileat? Quod ob id plurimum Abbatum
alio-

rum Monasteriorum Sangakenfis, Augienfis, Ein-
 fidlenfis, (*) Murenfis, Hirsaugrenfis, Schafha-
 sani P. Commemoret, de morte autem Adelhelmi,
 de eade Conradi de Seldenbüren, de Bullis Callisti
 II. ad Adelhelnum, Innocentij II. ad Fratres Ange-
 lomanos, Adriani IV. ad ipsum Frowinum da-
 tis; de Diplomakibus Henrici IV. Imperatoris
 annis = 1122. et = 1125. aliis que Monasterii illius
 memoratu dignioribus rebus ne verbum quidem, cum

(*) Fallitur quidem in eo, quod duobus in locis Grego-
 riam primam Ecclie S. Meglaradi Abbatem dicat; cum
 duos alios, Eberhardum et Thietlandum precessisse
 constet. Erat etiam in calculo chronologico, dum
 S. Othmarum a. = 730. primam S. Galli Abbatem
 constitutam, = 40. annis hoc munere Sarchiffine
 sanctum, ac denique jam a. = 764. denuo s. nempe
 ex insula Werthe, ubi decem annis sepultus jacuerat, s.
 in Basilicam S. Galli translatum referat.

Sane Omnia haec ipsa hujus Scriptoris aetate con-
 tingerint? Quis itaque sibi persuaserit, Scriptorem
 hunc, si is vel Frowinus, vel alius quispiam e D.
 Blasio in Montem Angelorum transportatus, et
 sub Frowino vivens Monachus fuisset, res gestas
 aliorum Monasteriorum suo Chronico, tam studiose
 inserlarum, res vero domesticas et acta praecipua
 sui Monasterii omnia tam acro silentio involu-
 rum

rum, atque aeterna oblivioni traditurum fuisse.
Hinc patet, non admodum bene ratiocinatum fuisse
recentiorem illum, qui ad calcem prima hujus
Engelbergensis exemplaris pagina sequentem
notam subiecit: "Scriptor hujus Chronici,
exceptis illis, quae Monasterium nostrum
spectant, esse literarum forma videtur esse
B. Frowinus, nam finitur a. = 1175. paulo an-
te mortem B. Frowini Abbatis nostri, aut saltem
Scriptor est aliquis Religiosorum sub B. Frowino
vivens. In coenobio Murensi simile reperit, in quo
etiam nostri Adelhelmi fit mentio. Sanblasiani
perferunt, et hoc nostrum et Murensi suum esse
antiquum Chronicon". Ex ipso enim illo Silen-
tio, quo auctor Chronici res Angelomonianas om-
nes, a posteris dein interpolatas, reliquit, se po-
tius ignoravit, inferendam utique contrariam
suis fuisse; cum nec Frowino, nec locis suis fratri
suis, talis actorum sui Monasterii vel ignorantia
vel in curia adscribi possit. Deinde cum ipso
in omnibus id temporis scriptis sui Monasterii
codicibus eandem literarum formam adverteret,
qua suspensum eam delinebant, cuius, a Fro-
wino, an alii sub eo viventi Religioso Chronicon
adjudicaret, miror, qui non in cogitationem inci-
derit, formam illam literarum ea aetate utique
non in Monte Angelico tantum, sed haud dubie

tiam alibi gentiam in usu fuisse; Cujus rei Ar-
 gumento esse ipsam hoc Chronicon poterat, quod
 ex dictis jam rationibus non in Monte Angelico,
 sed ad D. Blasium scriptum conicere et judicare
 ipse debuerat.

Sed facit utique, ais, Auctor Chronici ad
 annum = 1120. de Monasterii Sub Adelhelmo
 origine hanc mentionem: Eodem anno incepta
et hac Cella ab Abbate Adelhelmo; ubi istis
 verbis hac Cella manifesto demonstratur Mona-
 sterium Engelbergense; ex quo proinde aperte
 constat, Chronicon illud saltem quoad poste-
 riorem partem in eodem loco esse scriptum; ut
 adeo necessario fatendum sit, ipsum B. Frowi-
 num id ad D. Blasium inchoasse, et demum post
 suam Postulationem in Monte Angelorum ad
 annum usque = 1125. perduxisse.

Legi certe, et attente spectare in Murensi Ex-
 emplo notam istam: Verum a Secunda quadam
 manu huic codici interpolatam esse; Nam
 quodq; animadverti; quod non meum tantum,
 sed et supra laudati Dni Grandidieri judicii-
 um est, quodq; quovis alius, qui eam diligen-
 tius cum illa solius Chronici manu consulere,
 facile cognoscet; et si enim chirographum illud

imitari interpolator studuerit, alius tamen
elegantiā non est affectus: imo etiam recent-
torem suam scripturam vel ea ipsa re prodidit
qua occultare fraudem est conatus; cum nimirum
precedentis versus literas, vetustate jam pe-
ne exolescentes, suo a reliqua scriptura longe
diverso atramento reparare, suaque nota colori
salem similes reddere voluit.

Quod autem nota hujus interpolationem extra
omne dubium ponit, est, quod ea in Engelbergen-
si exemplari non reperitur. Argumentum hoc
evidens est; vel enim autographum hoc Engel-
bergen-ense exemplum est, vel apographum; Si au-
tographum, jam manifeste aperit interpolationem
nem: Si vero apographum, non minus inde liquet,
notam illam serius in Murense exemplum irrep-
sis; cum utique Engelbergen-ensis scriptor omnia prius
alia, quam hanc unicam de suo Monasterio in eo
existentem notam, fuisset omisurus. Per infida
igitur memoria lapsus accidit, vir clarissime,
ut hanc notam, quo in solo Murense exemplo
reperitur, etiam in Engelbergen-ense existere crederes.

Exstat quidem in eo ad eundem annum atque
de eadem re, sed diversis omnino verbis concepta
et secunda pariter, seu potius tertia ac multo
postea

rioris manus nota, nimirum: = Hoc Coenobium
 = Montis Angelorum Chyconradus Fundator ejus,
 = Vir ingenuus, et Sanctus Adilhelmus Abbatie
 = primus Sub Papa Calisto II. Regnam Rom. gubernante
 = impe Henrico III. ad honorem Scæ Di-
 = Genitricis Semper Virginis Maria Kalend.
 = April. Fer. 5. auspiciantes inceperunt felici-
 = ter.

Quis itaq; Murensi exemplo profata verba
 inseruerit, haud facile conjecerim, a Murensi
 aliquo id esse factum, persuadere mihi nullus pos-
 sum; quid enim momenti pro illis ea continebat
 et quid proinde illorum referre poterat, exstaret
 ne in suo codice hac nota, nec ne? imo nunquam
 ejus loco potius Murensis Monasterii Originem
 eidem suo exemplo fuisse inserturus? Id mihi
 certum est, improvidum valde fuisse interpolato-
 rem illum, quisquis is demum fuerit; quippe
 qui non adverterit, illa verba hac cetera in omni
 alio, quam Engelbergensi, Chronico falsa semper
 fore, et necessario inconsideratum interpolatorem
 proditura. At is forte hospes e Murensi Engel-
 bergam profecturus, dictam notam etiam ejus
 Loci exemplo inserere constituerat, a quo tamen
 proposito sum ab alia ad eundem annum ibi reper-
 ta nota impeditus fuerit? Aliud non minus lu-

Luculentum argumentum hujus Murensi exem-
plari recentiori auro et clanculo inserta nota est,
quod in statuenda ejusdem Monasterii origine
multum a vero aberrat. Scio equidem, plerosque
quidem Eigelbergensi Monasterio scripserunt,
ortum ejus ad annum = 1120. vel paulo ante
ad annum = 1110. reuocare. Quam graviter au-
tem hi omnes hallucinentur, ex Henrici V. Re-
gis et **IV.** Imperatoris Diplomate, Anno 1125.
in gratiam ejusdem Monasterii dato, patet, quod
Montem angelicum jam sub Henrico **IV.** Rege
et **III.** Imperatore constructum fuisse mani-
festo docet; sic enim habet: "Henricus Di-
vina favente clementia quartus Romanorum
Imperator Semper Augustus: Omnium Sanctae
Dei Ecclesiae fidelium, presentium scilicet et
futurorum cognoscat industria, quod regulare
Monasterium quoddam, situm est in Provincia
scilicet Burgundia, in Episcopatu Constanti-
ensi, in Lago Zürichove, dicto, in comitatu Zu-
rech, quod ad Sanctam Mariam nuncupatum
est, cognomine autem Eigelbere, quod tempore
Henrici quarti Regis Romanorum in ho-
nore Sanctae Mariae Semper Virginis a Chon-
rado viro nobili de Salenburon honorifice con-
structum est." Ex quo eadem aetate scrip-

Herrgott
prob.
N. CCT.

So claro ac evidenti Testimonio conpertum habent,
 Monasterium hoc vel jam exeunte Seculo **XI.** vel
 Saltem statim Sub initium duodecimi constructum fu-
 isse, cum Henricus **IV.** Rex jam anno = 1106.
 evicta excesserit; adeo que falsam esse hujus nota
 epocham, qua quatuordecim demum post Hene-
 rici mortem annis jacta prima ejusdem Monasterii
 Fundamenta esse dicuntur; qua certe Omnia B.
 Grownio eiusque iam Beis Monachis melius
 perspecta fuisse, nemo dubitaverit; cum multi,
 aut aliqui Saltem ex primis B. Adhelmi So-
 cius haud dubie Sub Grownio adhuc Superstites
 fuerint; ut adeo palam sit, notam istam posteriore
 primam aetate a quodam rerum Originis que Mo-
 nasterii ignaro, exemplo Murenensi usurpam esse.

Neque etiam nota hac ad primam loci ha-
 bitationem referri prudenter potest, quasi nimi-
 rum eo primam tempore, ut perperam quidam exi-
 stimarunt, monastica ibi vita a B. Adhelmo
 incepta fuerit; quis enim credat, piam Fundato-
 rem Monasterii, recens a se non aliique proferis
 Silvestribus, sed pro Monachis, Debibidem sa-
 mulaturis, erecti, max adeo curam omnem abjecisse,
 ut id contra prestitutum sibi finem viginti ferme
 annis habitatoribus vacuum esse, nullasque tandem
 pro eo colonias aut quarere voluerit, aut reperire

potuerit: Praeterea Novum hoc efugium ex-
ipfis etiam Angelomonianis monumentis con-
ficitur, quae, licet et ipsa in eo impigant, quod
originem sui Monasterii ad annum = 1120.
referant, atque ex eodem hoc capite recentiorum
quoque Saeculorum aetatem prodant, clare
tamen indicant, hanc a se statutam epocham
non de monastica vita initio, sed de ipsa adificiorum
exstructione intelligendam esse: dum nimirum dicunt,
Conradum de Saldenburen a. = 1120. Coenobium istud
feliciter incepisse; item: cum quosdam prius plu-
ribus aliis locis, sed, ibi tandem loco aplo invento,
eodem anno silvam succidisse, Lustra ferarum destru-
xisse &c. Demonstrata igitur hujus Comenii
alias epocha falsitate, per Te mihi jam liceat,
quam ob causam plerisque in Chronicum hunc errorem
inducti sint, breviter hic non tam indagare, quam
potius indicare. Quod etsi parum quidem ad pro-
positam nostram conferat, quia tamen ad totius
historia pleniorum notitiam perlineat, istiusmo-
di a Seculo digressionem haud Tibi ingrati fore
existimavi. Huic ergo errori occasionem pra-
ebisse videtur ipsa Callisti II. ad Hoelhelnum
Bulla, quam ibi ex perperam lectis ejus notis
chronicis eodem anno = 1120. datam fuisse,

falso putarunt; dum nempe in Subiuncta ei hac
 era: Anno Dominicae incarnationis Millesimo
centesimo vigesimo quarto Non. Aprilis, ultim
um numeram ad Nonas referrent, legerent que:
quarto Nonas Aprilis, Cum Lanca ultimus iste
 numerus ad era christiana annos, non ad anni diem
 referri debeat, legendum que sit: Nonis Aprilis,
 quemadmodum mox subnexa nota chronica:
Sabbato Sancto Pascha, Indictione II. P. Clare
 demonstrant; indictio enim Secunda nequaquam an-
 no supra millesimum centesimum vigesimo, sed vige-
 simo quarto respondet, ut in praeclearo opere L'art
de verifier les Dates videre est; quare Samaritani
 eandem nostram Bullam in appendice instrumen-
 torum Tomi V. fol: 515. integram, et = 1124. datam
 exhibent. Non minus clare rem diiudicat alia pra-
 cedens nota Sabbato Sancto Pascha; quod Sabbathum
 anno = 1124. in ipsas Nonas Aprilis incidebat; cum
 Pascha secundum calculum Latrum Maurinorum
 indicto opere (L'art 8.) die 6^{ta} Aprilis, contra vero
 anno = 1120. die 18^{va} Aprilis ageretur. Ex qua
 rum proinde notarum imperita lectione decessi illi
 Scriptores, cum in super eandem Bullam Foundationis
ad probatoriam; adeoq; mox a condito Monasterio
 impetratam, crederent, ipsius quoq; Monasterii Ori-
 ginem ab ejusdem Bulla anno petendam esse puta-

patarunt; quasi vero nullum inter Monasterii
constructionem et illius Bulla expeditionem tem-
pus intercesserit, sed necessarium prius fundator
duxerit, novum istud coenobium sine ulla dilatione
Sana Sedis Tutela commendare; quem tamen er-
rorem facile deposuissent, si vel ipsas has pontifi-
cias Literas attentius perperdissent, quo Ad el-
helmo Priori et fratribus, in eodem Monasterio
utique pridem jam congregatis, et Monasticam
ibi vitam agentibus, inscriptae erant, et in quibus
ipsum Monasterium posthac Mons Angelorum
vocari jubetur, cum prius Monasterium Sanctae
Mariae dictum esset. His igitur quasi per-
transenam spectatis, ad nostrum iterum argumen-
tum, et quidem ad alteram illam notam redeamus,
quam Tu mihi ex ejusdem Chronici Engelbergensi
exemplari objeceras; in quo nimirum ad Annum
= 1178. secunda manu Hilus B. Frowini his
verbis adnotatur: Domnus Frowinus venera-
bilis Abbas noster II. ^{duo} decessit. ex quibus colli-
gendum tibi videbatur, Chronicon illud Frowinia-
num esse, quod, cum prima Chronici manus ad
annum = 1175. defisset, statim ab secunda eaq;
coeva pariter manu Subnexa hac de B. Viri obi-
tu nota esset; ex quo proinde inferri debeat,

primam chronici manus ipsius Trowini ma-
 num esse. Quae sane obiectio roboris plurimum
 haberet, si probaret, notam illam mox ab obitu
 Trowini Chronico illi fuisse insertam; probaret
 enim, Chronicon hoc jam tempore Trowini in
 Monte Angelico existisse; adeoque vel ab ipso
 vel ab aliquo saltem subeopivente Monacho
 scriptam fuisse. Verum Argumenti hujus vim
 omnem, quin illa, quae adhuc ea de re dicta sunt,
 de novo repetere necesse sit, vel ipsa haec Secunda
 manus infringit, quae certe adeo coeva non est,
 ut referri ad Trowini aetatem possit. Primo en-
 im ab eadem Secunda manu ipsi Chronico inter-
 polata alia dua nota sunt, nempe ad annum
 = 1125. de obitu Conradi fundatoris, et altera ad
 et annum = 1137. de obitu B. Adelhelmi, quas
 quidem notas Tu aperte refragatur Murensis Trejvis, qui
 exemplar, in quo videlicet nota ista desideran-
 tur. Ab eadem deinde manu in eodem Angelomon-
 tano exemplo continuantur ad annum usque = 1250.
 alia ad idem Monasterium spectantia, nimirum
 anno = 1197. obitus B. Berchtoldi; anno = 1225.
Henrici I. a. = 1241. Henrici II. ac demum
a. = 1250. Wernheri abbatum obitus; ut adeo
 ex

ex illa Secunda manus nota colligi aliud nihil valet, quam illud exemplum circa medium Seculi decimi tertii in Monte Angelico jam adfuisse. Quo vero tempore, quave occasione Chronicon hoc e D. Blasio, ubi sine controversia B. Frowini aeo scriptum fuerat; in Montem Angelicum perlatum sit, ne augurari quidem ulla conjectura licet; de Murenfi autem exemplo vero simile est, idcirca annum = 1303. Muros transportatum esse, quo nempe anno Rudolphus sive Lutoldus de Boflicon e D. Blasio ad Murensem Abbatiam Luit vocatus, et de quo acta Murenfia apud Samaritanos Tom. V. pag. 1040. habent, eum etiam ex eo capite singulari laude dignum fuisse, quod damna incendi, quo a. = 1300. cum solo Coenobio pleraque monumenta absumpta fuerint, feliciter reparavit. Tantum itaq; abest, ut probari ex hoc falso adhuc Frowino adscripto Chronico ejusdem e D. Blasio in Montem Angelicum postulatio possit, ut potius ex eodem colligendam sit, Montem Angelicum, vel saltem quae eo loci illo Seculo gesta erant, istius Chronici Scriptori nondum innotuisse; ac proinde etiam, ut jam supra dixeram, Anonymos illos

Seculi **XIV**. Scriptores, dum e cineribus Sanblasi-
 anas reliquias colligerent, et sine delectu avidius
 obvia quaque arripere, viso Frowini Abbatis
 nomine, eam continuo cum illis suo Conradiani Diplo-
 matis teste confudisse.

Sed quid haec, Tu mihi repones, ad Eremitanas
 res ~~relatant~~ D. Blasii? De eo certe fides nobis fa-
 cere videntur eam illa, qua jam alias profuli mo-
 numenta, tum etiam aliud quoddam in nostra Biblio-
 theca asseruatum Chronicon seu Kalendarium mem-
 branaceum, quod nos jure, et eo quidem meliore,
 Sanblasiako illi opponimus, quo propius ejus ma-
 nus Frowiniani autographis accedit. Conti-
 net hoc Kalendarium primo Necrologium quod-
 dam ex Seculo **X**, deinde alia atque alia Monasterii
 nostri acta Seculi undecimi manu in eo notantur.
 ab anno tandem = 1052. usque ad annum = 1149.
 res itidem Monasterii atque etiam Imperatorum fric-
 tim indicantur, quarum notarum manus Frowiniane
 adeo similis est, ut, si Argumentum a Literarum ac
 scripturae similitudine petitum aspiciam valet, certe
 hic valere debeat. Notatu praeterea dignum admo-
 dum est, quod haec manus Anno = 1149. defixat, eo
 videlicet anno, quo verosimilius, ut supra tum ex Bul-
 la

potius
quam

Bulla Innocentii, Jam ex aliis locis ejus circum-
stantiis vidimus, Trowiras ad Angelmontana Ab-
batia regimen accessit. Neque obstat, quod Bulla
illa Innocentii jam Anno = 1142. data sit; Cum
Sape et menses et anni inter inscriptionem et expedi-
tionem Literarum pontificiarum intercedere sole-
ant, ut ipsi nos ex nostro Tabulario pluribus de-
monstrare possent. Adde etiam, quod is adhuc
temporibus per Cursum publicorum defectum
vel raritatem valde difficilis epistolaram ex-
peditio ac Transmissio esse debuit, quae idcirco,
maxime ex locis remotioribus, post innumeras
perne Viarum ambages non nisi tardissime ad eos,
quibus inscriptae erant, perferri potuerint.
Quem itaque tanta et rerum et temporis conver-
gentia non inducat, ut semota prope omni dubitatione
Trowiram dicto anno ex Ereno nostra ad Abba-
tiam Angelmontanam evocatum credat? Ubi
nimirum Calendarii illius nostri manus Jam aperte
Trowiram prodit, et quasi digito demonstrat?
et ubi ejusdem manus ultimus annus cum vocantis
ibi abbatialis Sedis tempore Jam accurate conve-
nit? Exhibent quidem nobis Sancti Blasiana monu-

menta pro discernenda hujus postulationis Lite ipsum
 Froviri nomen: Sed nostra sive ejus nomine gra-
 viora habent ejusdem ex nostris postulati indicia;
 illa enim nomen istud ab uno ad alium, nempe a Fro-
 wiro non Abbate ad Frovirum Abbatem transferunt,
 quorum quidem cuius id proprium erat, Sed quorum
 neuter cum altero in eundem coaluisse poterat: nostra
 vero ex ejus manu, quis fuerit, ubi prius ac postea
 scripserit, quoque Anno ex Eremitio abierit, indicant.

Ut autem cognoscant Sanblasiani, quos non
 ego modo, sed et universa nostra Eremitus seu Clarif-
 sima cum Sacri nostri Ordinis, tum solius literariae
 Rei publicae Ornamenta, mirifice diligimus, Venera-
 murque, et quibuscum a quingentis jam et amplius
 annis singularis junda nobis fuit Societas; ut in-
 quam, Charissimi hi nostri Confratres cognoscant,
 quam non alieno, sed vere amico et Fraternali hac
 scribam animo, et quam non invidiam ipsis hanc
 Froviriana postulationis gloriam, sed potius
 eos in partem hujus gloriae Vocare ipse cupiam, ex
 Supra memorato nostro Calendario notam insignem,
 et quam maxime ad rem nostram facientem, quin
 hanc referrem, non potui; qua ut ad varias alias
 conjecturas argumento futura, ita etiam ad dirimen-
 dan

dam, seu componendam diuturnam nostram li-
tem modum Subministrata videtur: Quo ni-
mirum B. Trovius et D. Blasii et Sacra
nostra Eremita alumnus fuisse, non sine ratione
credi deinceps possit. Habet namque dictum
nostrum Kalendarium ad annum = 1123. hanc
eodem seculo scriptam notam: Blasianenses
intraverunt. Ex hoc Brevis, sed ulinam pro-
lixiori! nota pro certo statuendum est, emigrasse
dicto anno e D. Blasio in Eremitum nostram religio-
sum Monachorum manipulum, cujus quidem emi-
grationis causam in nostris monumentis non re-
perio; certum tamen mihi est, eam Eremita sum
vassitati tribui non posse, quasi novi in illam
coloni aliunde advocandi fuerint; cum Eremita
nostra eo tempore sub Gerone Troburgi et Wer-
nero Lenzburgi Comitibus, non opibus tantum
et virtutis laude, sed et Monachorum frequen-
tia adeo floruerit, ut etiam in alia Monasteria
deduci ex ea colonia potuerint. Vero proin-
de similis videtur, religiosos illos viros ob-
gravissimas, quibus sum Sancti Blasiani ab Basi-
leensi Praefecto Adelgotio de Wer premebantur
vexationes, bona eam Abbatis sui venia captan-

de quietioris vita caussa in Diva Virginis
Eremitum confugisse.

In eorum igitur numero fuisse etiam Frowi-
nam, sed juvenem adhuc, et ab illo Conradiana
Charta Subscriptore aliam, et si monumenta
quidem non dicant, ut Laner nos id dicamus,
Servanda hoc modo Sanblasianorum monumen-
torum auctoritas postulare videtur, quo ni-
mirum id, quod de Frowini Professionis loco
ajant, verum sit; cum melior ac probabilior
id asserendi, et assertam a falsitatis suspicione
vindicanadi ratio via que non occurrat: qua vero
admissa, etiam Omnia alia, qua huic assertioni
adversari alias Supra Vidimus, comode explicari,
et in ipsorum favorem trahi possint. Honu-
merato enim illis emigrantibus Frowino, et datis
D. Blasii primis ejus Syrocinii annis, jam con-
stant, ex parte Saltem, ea, qua anonymi illi 74.
seculi scriptores affirmarunt, Frowinum nempe
quondam D. Blasii alannam fuisse. Patet etiam
ratio, cur vel ipsi, vel eorum jam majores in sta-
tuendo Frowiniana Postulationis anno in gravem
adeo errorem sint lapsi: cum certam vita Fro-
wini notitiam, ut pole Lot annis e suo Monasterio

Subdacti, et alteri comunitati adscripti, habere
difficile potuerint, et haud dubie ne inquirere
quidem de eo quidquam deinceps laboraverint;
quousque de nam ipsa Frowini in dies latius
se ex Angelici Montis latebris diffundens
sana etiam ad Sanblasianos esset per lata, cu-
jusque jaeta apud ipsos prima vita religio-
sa fundamenta, illis indicasset. Atque hac
denique Frowini e D. Blasio discessio, ac
Eremitum cum Eremita comunitatio perpetua forte
illius Traditionis causa fuerit, qua propter pluri-
bus jam seculis dua religiose comunitates acri-
ter adeo de illius e suo gremio evocatione inter
se contendebant, Traditionem Traditioni, Tabu-
las Tabulis, Testibus Testes Opponentes, cujus
tamem controversia nodus verosimilius in hoc
facto, tam illis, quam nobis ad huc ignoto, la-
tebat, cujusque explicandi ac dissolvendi mo-
dum memorata Calendarii nostri nota felici Sor-
le obtulisse nobis laudem videtur.

Verum ne mea ego parti plus aequo laeviffa
etiam in amica hac opinionum conciliatione vi-
dear, nolim ipse me causa huic arbitrum inter-

21
ponere; Sed ad te, vir clarissime! id officii
devolvo, Tibique totius hujus dissertationis
cognitionem, Sed et Supremum Tribunalium
jus comitto; ut et Tu inter certantes, sive ad
altercantes duas matres, cujus demum filius
sit Frowinus, diiudices, et an dividendus is,
an vero alterutri solus sit concedendus, pro
tua, qua potes, prudentia decernas!

Dabam in Coenobio Diva
Virginis Loci Heremitarum.

20. Decembris = 1785.

